



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus II. De Cingulo Militari pro validate Professionis Equitum
Melitensium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

TRACTATVS SECUNDVS.
DE
CINGVLO MILITARI PRO VALIDITATE
Professionis Equitum Melitensium.

RESOL. VNICA.

An profatio N. emissa in Religione Hierosolymitana, non sumpto prius Ornamento Cingulo Militaris, fuerit invalida?

Et profiteretur, quod quando forma seruanda est in aliquo actu, si deficiat, actus est nullus, & corrui, & ideo forma specificè adimplenda est, & non per equipollens.

Et queritur, an in Religione Equitum Hierosolymitanorum sit de forma, ut Miles professionem emitens sit ornatus Cingulo Militari?

Et queritur etiam, an verbum Oportet ex sua natura importet necessitatem, & praeceptum, vel tantum decentiam, & consilium?

Et quid de aliis verbis imperatiuis?

Et an forma censoria inducita à Statuto, si aliquid prater usum commune continet, vel mandet aliquid facere certo modo?

Et an quando lex desiderat actu cum aliqua qualitate non sufficiat facere actu absque illa qualitate, & ideo actu erit nullus?

Et probatur Decretum irritans inducere formam, ita ut actu alter factus sit omnino nullus.

Et an omnis lex, qua inducit solemnitatem aliquam, censenda sit, habere inclusam in se clausulam Decretri irritantis?

Et an actu corrui, quando defuit forma, eriam si non adsit Decretum irritans?

Et affirmatur professionem esse nullam ex defectu forma, etiam absque Decreto irritante.

Et docetur, quod si aliquis profiteretur in aliqua Religione, & si professionem annuleret, non tenetur postea votum simplicis Castitatis servare.

Et probatur, quod quando consensus requiritur pro forma, si non currit ante, vel ipso actu, actu erit nullus, quamvis postea consensus sequatur, ut in alienatione rerum Ecclesiistarum, & in licentia, & facultate restandi.

Et adiutetur, quod professionem nullam non ratificat exercens actu professorum, dum est ignarus causa sue professionis.

Et quod tunc valeret professio tacita, quando à principio ex parte Religionis professio fuit valida, ut si quis v.g. emitteret professionem ex metu, vel sine voluntate profiterendi; tunc tacita professio operatur, & non est opus nouae acceptationis ex parte Religionis, scimus vero si fuit invalida ex parte profiterentis, & Religionis.

Et cuiuscum docetur quod Statuta Religionis confirmata à Papa dicuntur Papalia propter illam Papae confirmationem,

Et an si quis emitteret professionem in aliqua Religione sine vestibus consuetis, non proinde illa Tom. VII,

professio esset nulla?
Et docetur non omnes ceremonias prescriptas in acceptatione professionum Religiosorum esse de substantia valoris.

Et tandem queritur, an quando dubium est, ut forma inducta sit substantialis, vel accidentalis presumere debeat substantialis? Ex part. 10. tract. 10. Refol. Vnica.

In qua continentur omnes istae difficultates posita pro titulo huius Resolutionis.

S. 1. **R**ESPONDEO affirmatiue, ut post emissa contra formam praescrip- tam à Statuta dicta Religionis; nempe, Equitem oportere Professionem emittere cum ornatu Cinguli Militaris. Et certum est, quod quando forma inducenda est in aliquo actu, si deficiat, actu est nullus, ut patet ex leg. Non dubium. Cod. de legibus. 1. stat. 1. Menus. 1. Quis heredi. ff. de Condit. & Demos- trat. 1. cum hi. §. Si Prator. ff. de transact. 1. Cod. Probat. de Preditis Decurionum lib. 10. leg. Constitutionibus quarto. in fin. ff. ad municip. 1. Iulianus §. Si quis ff. ad exhibendum. 1. Proponebatur in fine ff. de Indicis. 1. Seia. ff. de auro, & argento legato. 1. Si is, qui §. Qua- dam. ff. ad legem falcidiam, & Glossa in cap. Dilecta vbi Panormitanus num. 4. Felinus, num. 6. de Res- criptis, & docet Amaja, in lib. 10. C. tit. 1. l. 4. num. 39. Rumelinus, ad auream Bullam Caroli IV. p. 1. Dis- fer. 3. Theof. 6. Reulnetus, lib. 1. conf. 17. num. 70. Pruch- mannus, lib. 2. conf. 18. num. 83. Larrea in Allegat. Fiscal. t. 1. Allegat. 29. n. 23. & t. 2. Allegat. 110. n. 5. Valenzuela, vol. 1. conf. 87. n. 77. Castillo, b. 5. Contra. c. 116. n. 9. & seq. Solorzanus de Indiarum Iure t. 2. lib. 2. o. 26. n. 40. Felicianus a Vega, in Relet. ad cap. Dilecti. de Indicis n. 14. Elcobar, de Ratiociniis, t. 6. n. 39. Gutierrez, in Pratt. Q. Q. lib. 3. q. 15. n. 28. The- mudo, in Decisi. Archiep. Ulyssipon. t. 1. decisi. s. 1. § 1. n. 14. & 15. & dec. 56. n. 8. & 10. cum aliis quod ad lati- tatem adducit Ioseph. Vela, in Differ. Iuris con- trouersi Senatus Hispaniensis, t. 1. differ. 2. 1. n. 5. & dixit centies Rota, præsertim nouissime in una Paduana feudi, die 11. Ianuarij 1627. coram Merlino. Etracio est, quia sicut in Physicis, forma rei sublata, tollitur compositum, ita, & in moralibus, deficiente forma, corruptus est; & ideo forma specificè adimplenda est, & non per equipollens; ex l. 1. §. Opus nouum, ff. de Sup. hoc in tom. 9. ff. 24. Ref. 137. §.

2. Tota ergo Difficultas in casu nostro consistit, Tädem post an in Religione Equitum Hierosolymitanorum, sit medium de forma, ut miles Professionem emitens, sit ornatus Cingulo militari? Et affirmatiue respondeo. Probatur primo; quia forma inducitur quoties à statuto additum necessitas aliquid faciendo. Ita docet Tira- quellus de Rebus lignis, §. 39 glossa 2. num. 25. Abbas & Berous, quos citat; & sequitur Farinacius, in frag. Crim. par. 2. ver. lex. n. 21. 6. Quibus ego addo Elco-

242 Tract. II De Cing milit pro validit. Prof.

bar. tr. de Viro que foro, art. 2. n. 4. & Barbos. Axioma. 100. n. 2. cum Socino, lib. 2. conf. 283. n. 2. Sed in statuto religionis Hierosolymitanæ afferitur, esse necessarium, ut Miles, qui vult profiteri, sit ornatus Cingulo Militari; ut patet in Rubrica Della Divisione ac gradis de fratelli f. 12. Ergo dicta verba inducent formam.

Sup. hoc § 3. Nec obstat diore, quod verbum Oportet ex verb Oportet sibi natura, non importat necessitatem, & praeceptum, in tom. 6. 11. sed decentiam, & consilium, ut docet cum aliis Sanchez, in sum. t. 2. lib. 6. c. 4. n. 36. Quibus ego addo Alphonsum de Castro, lib. 1. de lege gen. c. 5. docum. 4. & eius not. pri-

ma. Nam respondeo contraria sententiam esse magis communem; ut patet ex DD. quos citat ipse Sanchez, vbi supr. Quibus ego addo Bonacinan, de leg. q. 1. punct. 7. § 4. n. 9. & Saytum in Clavis Regia, lib. 3. c. 7. n. 20. Signorum conf. 83. n. 4. & 5. Parisiens. conf. 18. lib. 2. Socratum Iuuiorem conf. 5. n. 2. vol. 2. Brunum in tract. de forma tis, quando aliquid censeatur tradit, pro for. fol. mibi 34. concl. 4. post medium ver. & secundum: & patet ex Iuribus, quae Sanchez non afferit, ut ex Author. de Iudicis. §. Oportet, vers. necessario, collat. 6. leg. Si quando, Cod. Vnde vi. cap. Non oportet, 3. 9. 8. cap. 1. de Prescriptionibus in 6. in quibus Iuribus, verbum Oportet, importat necessitatem: Vnde dixi Gregor. XV. decif. 23. n. 3. hoc verbum excludere arbitrium, & includere necessitatem. Et recognoscant aduerterij nouissimam Io. Petrum Fontanellam in Decisionibus Catholico, tom. 1. decif. 412. num. 10. vbi signanter obseruat, verbum Oportet, ex se necessitatem importare; & citat Baldum in lege, Cum oportet, in princ. 6. od. de con. quæ lib. & leg. 1. in priv. ff. de luf. & Iure Itaque cum verba in proprio, & naturali significatu accipienda sint; ut patet ex lege, non aliter in princ. ff. de legat. 3. leg. Labeo. §. 2. ff. de suppedit. legat. leg. Si quis ita §. finali. ff. de legat. 2. leg. fideicommissum. ff. de Condit. & docet Harpprechtus, tom. 3. Inffit. §. Alteri, de Iuuenilibus stipulat. num. 15. Phœbus, in Decif. Lusitanie, tom. 1. dec. 77. n. 14. Mendez à Castro in Praxi Lusitana lib. 3. c. 15. Cafanate, conf. 45. n. 168. Castillo in Controv. lib. 4. cap. 39. Valafus in Axiomaticis Iuris, litera V. n. 37. Vela in Differ. Senatus Hispanensis, Differ. 1. n. 2. Escobar in Antologia aduersus Amaiam, n. 43. & alij communiter. Vnde Solozanrus de Indiarum Iwe, t. 2. l. 2. c. 20. n. 45. pro casu nostro recte notauit, quod verba aliquicui Statuti, semper debent sumi in proprieti, & potiori significatu: quod patet, præter iura allegata in c. Si quem de Sentent. Excomm. & in 1. 1. 8. in perpetuum ff. de agr. vñctigal. ergo in Statuto de quo loquimur, verbum Oportet, dicendum est, contra aduersarios, necessitatem importare, & ideo præceptum, & non consilium inducere, ac proinde formam constitutere.

Vel responde secundo: aliquos addere (ut obseruat Gratianus in Discept. forens. t. 1. c. 146. num. 18.) quod quando verbum Oportet inducat præceptum, vel consilium, iudicandum esse in ordine ad subiectam materiam, si sit leuis, vel grauus. ut de aliis verbis imperatiuis docet etiam Valquez in part. 2. dif. 159. capit. secundo, numer. decimo, Angelus in Rel. & ver. lex. num. 3. Tabiena, quest. 28. num. 29. Arribia & in milla, num. 4. Syluester, ver. Præceptum, quæ 2. & alij, alij eius not. sed in nostro calu subiecta materia, non est leuis sed grauissima, & maximi momenti, nempe ornatus Cinguli militaris, (ut infra demonstrabo:) ergo dicendum est, verbum Oportet, necessitatem inducere, & formam constitutere. Adde quod Statutum tam Italice, quam Latine, vñctur verbo necesse est, quod vim habere maiorem videtur. Sed ego volui respondere argumento aduersariorum, qui vtuntur verbo Oportet.

4. Secundò probatur nostra Sententia, quia forma colligitur ex studioli, ac vehementi animi fluentis applicatione circa obseruantiam modi in dispositione expressi; ut ex Bartolo, Panormitano, Beccacio, Tuscho, & Farinacio docet novissime eiusdem Ioseph Vela in Differ. Iuris Controversi Senatus Hispanensis, differ. 21. n. 35. & Escobar, tract. de Viro que foro, art. 2. n. 8. Sed haec studiola, & vehementi animi fluentis applicatio circa obseruantiam ornatus Cinguli, clare patet in Statuto, ibi: Prima cot. pigi l'habito, e facci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo della Militia. Et paulo infra: Finalmente con l'ordine suddetto facci la professione. In quibus etiam verbis ex illa ratione apparet in nostro calu, Cingulum militare esse de forma; quia asserunt Doctores, quod forma dicitur inducta, quando a Statuto præscribitur ordo faciendo actu locutu. Vnde Alexander Sperellus ac. 40. n. 44. mirifico pro verbis casus nostri, sic ait: Q. & omnia manu procedure attenta altera dictione, Deus pri prima, quæ formam importat; vbi enim procedere per prius, & posterius, forma dicitur inducta. In ille, qui citat Felipum in cap. cum dilectus, manu. de Prescript. cui adde Baldum in l. 1. Cod. Ne licet tertio pronocare num. 8. & ex dictis ergo. Bordonio in Miscellaneis Decif. 255. Decimum in l. hac consilistica, Cod. de testam. num. 8. & seq. Nigrum de executione rei indicata, cap. 11. §. 1. num. 30. Monum in centum Responsibus resp. 28. num. 18. Tholofanum in Syntag. Iur. lib. 1. cap. 11. num. 3. Cephalum conf. 421. num. 35. Garziam de Benef. tom. 2. par. 9. cap. 3. num. 10. & S. Rotam in Tolaterna Præfusio. nis 27. Febr. 1595. coram Clar. mem. Cardinale Pamphilio, & alios communiter. Ergo, &c. Addetiam quod verbum illud Finalmente pariter importat formam substantialem, ut patet ex Caffaneo in Missione Burgundia, rubrica 4. §. 2. num. 15. & conf. 49. num. 14. Mafcardo de Inter. Statut. cond. 9.

5. Tertiò probatur nostra Sententia; quia forma ceneretur inducta a Statuto, si aliquis statut præter ius commune, vel mandat aliquid fieri cetero modo, traditum. Doctissimi Iurisconsulti Hulricus Hunnius in Encyclopedia Iuris, part. 1. iii. 3. cap. 4. num. 6. Mathaeus Berlychius in Conclus. practic. part. 2. concl. 17. n. 104. Ludolphus Schraderus, tract. de fendi part. 10. seit. 8. n. 20. Ignatius de Villar, in Sylva Respon. lib. 1. respons. 15. num. 3. Salgadus, tract. de Reven. Bull. part. 2. cap. 6. num. 25. Virtus in Ordo affuegas. 1. 356. Martha de Iuris. part. 4. Cent. 1. cap. 94. n. 15. Trentacinquis, lib. 1. ne legib. Rel. 1. num. 5. Castillo de Tertius Regum Hispanie, cap. 27. num. 15. Palaez de Maioratibus, par. 4. quæst. 20. num. 78. & seq. Io. Petrus Fontanella in Decisionibus Catholico, tom. 2. decif. 272. num. 19. & 20. Ioseph Selle in Decisionibus Aragonie decif. 31. num. 8. & decif. 250. n. 16. Tholofanus in Syntag. Iur. lib. 1. cap. 11. num. 8. afferentes: Quod quando statutum prouidet aliquid cum certis modificationibus, seu quando in statuto circa actum conficiendum disponitum aliquid præter ius commune, id pro forma habendum est; sed haec omnia accidunt in calu nostro: nam statutum præcipit emissionem professionis cum certis modificationibus, & præter ius commune: ergo dicatum statutum, formam inducere dicendum est. Vide præter Doctores citatos Joannem Gutierrez in Pract. q. 1. 5. q. 15. num. 8. 9. & 12. qui docet etiam, quod vbi statutum aliquid exprimit circa actum conficiendum, aliter quam à iure communi sit dispolatum, censetur inducta forma. Item quod vbi cumque legitur statutum introduce aliquid cum certis modificationibus, quidquid ibi exprimitur, censetur de for-

ma. Idem tradit Beccius *conf. 1. n. 23. & 24.* & Mal-
carius de generali statut. interpret. *concl. 9. n. 8.* &
Cacheranus *decis. 165 n. 11.*

6. Confirmantur etiam supradicta ex doctrina
Ricci in *praxi*, tom. 3. resol. 20. n. 20. vbi firmat,
quod quando lex desiderat actum cum aliqua qualitate,
non sufficit facere actum absque illa qualitate,
& actus erit nullus.

7. Nec obstat dicere, supradicta non procedere,
vt obseruas Boccacius in *Conf. Marchia*, *gloss. 6.*
n. 160. & 167. quando id, quod omittitur est leuis praedi-
cione, vt videatur omisso Cinguli militaris: nam hoc
est negandum; vt infra videbitur in responsione ad. 4.
Argumentum.

8. Quartò probatur nostra sententia apertissime: nam certum est apud omnes Iurisconsultos, &
Theologos, Decretum irritans inducere formam,
autem factum, tamen alter factus, sit omnino nullus. Vide Do-
ctorates, quos ad faciem citat, & sequitur Moneta
in *commun. ultim. volunt. cap. 7. num. 241.* Cartharius
in decisionibus Archipisc. decis. 28. num. 6. Marius
Antoninus variar. *resolut. lib. 1. resol. 104. num. 8.*
Garcia de benefit. *tom. 1. part. 5. cap. 1. num. 27.*
Gonzales in *Regulam Cancell. 8. glossa 67. num. 12.*
claus. 191. num. 6. part. 1. Oficato de contract. *tom.*
1. tr. 2. disp. 6. scđt. 6. n. 115. Tholofanus in *Syntag-*
ir. vniuers. lib. 1. c. 15. num. 5. Xammus de *Prinile-*
giu. Barchinonae 8. 13. num. 9. Gutierrez in *practi-*
cab. 99. lib. 3. quaest. 15. num. 4. cum Caputaque-
ni si pat. 1. resol. 2. 49. testantes sic sapientis decimus fuisse
fei Sacra Rota, ut pater in via Veronensi peniso-
nis die 3. Iulij 1592. coram Cardinali Merlino, &
nouissime in via Ceruensis penisonis, die 22. Martij
1632. coram Eminentiss. Card. Vero spio, & patet
ex leg. cum y. §. si Prator aditus ff. de translat. cap.
si eo tempore. de elect. in 6. cap. quodam. de preben-
di. cap. 1. ver. adiicebat. de concess. prebendi. edo-
nit. cap. cum dilecta. de recip. cap. venerabilis.
de offici. delegat. cap. *Pifanis*. de restitu. spoliator. &
aliis iuribus; sed in nostro casu adeit decretum irritans:
ergo inducit formam, unde professio altera
facta corruit. Quod autem adeit decretum irritans,
patet in ordinationibus capitularibus, anno 1603.
de Receptione Frarum, tit. 2. fol. 30. & in ordina-
tionibus capitularibus anno 1531. tit. 2. del Recen-
timento de Fratelli cap. 5. Dicere autem cum Adver-
sariorum, decretum irritans, in hoc loco, tantum re-
spicere gradum professionis, v. g. vt vulgo dicitur,
[di Cavalliere, di fra Servante, & di Fra Capellano] non autem modum circa emissionem professionis, in
his gradibus videlicet, cum cingulo, vel sine cingulo.
Respondeo hoc effigium euangelicæ ex verbis ipsius
statuti, quæ, vt legentibus patet, non solum faciunt mentionem de gradu, sed de modo profitendi, ibi: *Alio quocunque modo*, &c. Ergo professio facta
alio modo, quam statutum decernit, nempe cum
Cingulo militari, nulla erit, ex decreto irritante ap-
polita. Et quidem, si dictum statutum continens de-
cretem irritans facit mentionem de nostro statuto
disponeat limul, vt aperè patet, de ornatu cingu-
li, & de gradibus professorum Militum, Capellano-
rum & Servientium; nescio qua ratione aduersarij
velim clausulam irritantem respicere tantum gradus
professorum, non autem ornatum cinguli. Itaque
cum statutum quæ disponat de cingulo, & de gradu
professorum, sequitur necessario Decretum irritans
vtrumque dispositionem respicere, tamquam conten-
tam in statuto preciso, & in ministrum citato, & per
decretem irritato.

9. Confirmantur supradicta: quia concomititia
formam substantialiem, & ipsa, sunt de substantia
vnde intelliguntur de substantia formæ substantialis,

Tom. VII.

non solum ipsa forma, sed etiam eius concomitantia;
vt ex Felino, Baldo, & Panormitano docet Moneta
de *Communitat. vlt. vol. c. 5. num. 230.* Ergo Decretum
irritans, eo ipso quod cadit supra gradum professionum,
cadit etiam supra modum profitendi concomitantem.

10. Quod sic etiam probatur; nam, vt supra
vñsum est, statutum disponit, professionem in gradu
Militum esse necessario emitendam cum ornatu
cinguli ergo dicendum est statutum disponere de his
duobus, nempe de ornato cinguli, & de gradu pro-
fessorum Militum, tanquam de duobus simul con-
nexis, & tanquam unum ordinatum ad aliud; vt ex
verbis dicti statuti appareat. Ergo Decretum irritans,
de quo est difficultas, non solum relipicit gradum
professionis, sed etiam ornatum cinguli. Probo con-
sequentiā; quia de connexis eadem est ratio, &
idem fertur iudicium; vt patet ex leg. *Quid ergo §.*
sufficiat ff. contrar. iudicio tutela. 1. prouide. ff. ad
legem Aquiliani. l. cum alijnum. ff. de negot. gesti. c.
translatum. de const. & c. praterea de officio dele-
*gati, & docet Larrea in *Allegationibus Fiscales*.*
tom. 2. allegat. 72. n. 1. cui addit. Narbonam lib. 4.
tir. 1. leg. 20. Glossa 22. n. 37. Surdum decis. 199.
n. 13. Escobar. de Raroscinius c. 13. n. 11. Mendez
*de Castro in *Praxi Lusitana lib. 5. c. 1. n. 43.* cum*
aliis communiter: unde recte dixit Salgados de Re-
tent. Bull. part. 1. c. 13. n. 26. ex Scaccia, Ancharo,
Craueta, & aliis, & quod connexa, adeo
reputantur idem, vt nihil fieri possit contra unum,
qui fiat contra aliud: Ergo Decretum irritans in
nostro casu, non solum relipicit gradum professionis,
sed etiam modum profitendi, cum hæc duo tan-
quam connexa à statuto dispolita fuisse ex ipso Tex-
tu manifestè pateat.

11. Nec obstat dicere cum Menochio *de Pres.*
1. 4. pres. 181. n. 2. 16. 17. & 18. Sanch. de Matrino-
lio. 1. 8. dif. 54. n. 30. Mantica de oneri. vlt.
vol. lib. 3. tit. 14. num. 8. Gonzalez ad Reg. Can-
cell. 8. glossa 33. n. 7. Marta part. 4. claus. 23. num.
*7. & aliis, quod clausula in fine posita non exten-
ditur ad omnia precedenta disposita, in quibus non*
eadē militat ratio, sed in casu nostro nō militat eadem
*ratio inter gradum professionis, & modum profi-
cienti, cum ille sit substantialissimus, hic autem nimis ac-
cidens: ergo clausula Decreti irritantis ex ēcē debet*
supra gradum, & non supra modum professionis.

12. Respondeo, hanc doctrinam procedere, quando
clausula Decreti irritantis appetita in fine, non se
extenderet manifestè ad omnia precedenta, quod acci-
dit in casu nostro, in quo verba statuti sic afferunt:
Confirmauerunt, declarauerunt, declararunt, & mandarunt
de catērō, tam in conuentu, quam ex ira, aliqui ad huc
bitum nostrum suscipiendum, alio quocumque modo,
gradu, seu denominazione admittatur, &c. & statim ap-
ponitur Decretum irritans; quod etiam aperte patet
ex aliis rationibus superiori addūctis: ergo etiam si in-
ter gradum, & modum profitendi non adesset eadem
ratio, tamen claret patet, statutum voluisse virumque
comprehendere, & irritare. Adde, quod cōstanter ne-
gandum est aduersariis id quod ipsi supponunt, vide-
licet, in casu nostro non adesse cōdemnationem inter
modum, & gradum profitendi, cum gradus sit substi-
tialis, modus vero in ordine ad professionē sit extrin-
secus, & accidentalissimam respondet, modum profiten-
ti in Religionē Hyerosolymitana cum ornati Cinguli
militari esse substantialissimum, & essentialissimum,
vt infra probabitur in responsione ad quartum argu-
mentum.

13. Et ad maiorem confirmationē supradictū ad-
dendam puto Doctrinam Bal. in *l. 1. ff. de lib. 9. posth.*
quam esse communem inter Doctores statutū doctus
Anguanus traxit: de leg. 1. 3. cap. 5. num. 4.
X 2 nempe

244 Tract. II. De Cing. milit. pro validit. Profess.

tempore omnem legem, quae inducit solemnitatem aliquam, censendam esse habere inclusum in se clausam Decreti irritantis. Addit etiam, non esse verum id quod aliqui ex aduersariis assertunt, quod forma impleta non corrut actus, quando dispositio non habet Decretum irritans: Et Seraphinus, quem adducunt, hoc misericorditer: Olafchus vero in dec. 165, dicit contrarium. Dicendum est igitur, actum corrure quando deficit forma, etiam si non adit Decretum irritans, si tamen in dispositione aliquid inductum sit de forma, sed in nostro casu, iam, ut probatum est, adegit clausula Decreti irritantis; ergo, &c. Vidi Hostiensem in cap. quia in Insulis n. 4. de Regulari, & ibi Zabarellam, n. 4. Parishum cons. 65, n. 4. lib. 4. Lapum Allegat. 76, num. 2. Suarez de relig. tom. 3. lib. 6. cap. 11. num. 4. Bordonum de Profess. cap. 3. num. 16. Beiam lib. 4. Cap. 35. Sanchez in Summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 26. & 37. Sacram Rotam in Toletanis Professionis die 27. Febru. 1595. coram sapientissimo Cardinali Pamphilio penes Garziam de Benef. part. 3. cap. 2. num. 550. & in Burgos, nullatus Professionis 16. Aprilis 1649. coram D. Arguellos cum Bruno in tract. de formatis, de votis, & effect. forma fol. mibi 50. & fol. 51. assertentes professionem esse nullam ex defectu formae etiam absque decreto irritante.

13. Refrat modo proponere aliqua argumeta ex aduersariis adducta, que ego magis firmabo, ut veritas elucescat; & postea responsionibus infringam, ex quo solidior nostra remanebit sententia: Itaque.

14. Non obstat primò, quod in cap. 24. dicitur: Ut qui preter formam statutorum receperit fuerit, si fuerit frater Miles, redigatur in fratrem seruientem Arborum, sive inhabilis ad bona Religionis: Ergo defectu formae in emissione professionis, erit illicita, non autem inutila, & Dominus N. si non vult esse professus in gradu seruientium.

15. Respondeo, quod durum videtur hoc assertere; nam actus non operatur ultra intentionem agentis ut patet ex l. non omnis. ff. si certum petatur l. in agris ff. de acquir. rerum dominio. l. levata iniurialiter ff. de adiumentis legatis l. non omnis ff. de rebus creditis & aliis vulgatis iuribus; sed Dominus N. in nostro casu, non habuit intentionem, nisi emittendi professionem in gradu Equitum: ergo non potest modo esse Professus in gradu seruientium. Vnde docet Sanchez in Summa tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 2. cum aliis communiter, votum non habere vim obligandi, nisi ex intentione vountis, cum sit quadam priuata lex, quam sibi vountis imponit; at lex non obligat, nisi secundum intentionem legislatoris ergo votum non obligabit, nisi secundum intentionem vountis.

16. Quod firmatur ex Doctrina Vecchij in Praxi Novitorum, disp. 14. dub. 1. num. 12. & seq. Ref. 179. §. vlt. & lego etiam doctrinam Ref. 186. figurae à lin. 5. Sup. doctri-
na huius §. supra intr. 1
tr. 1. Ref. 341.
* Quia hic est supra in tr. 1. Ref. 341.

16. Quod firmatur ex Doctrina Vecchij in Praxi Novitorum, disp. 14. dub. 1. num. 12. & seq. Ref. 179. §. vlt. & lego etiam doctrinam Ref. 186. figurae à lin. 5. Sup. doctri-
na huius §. supra intr. 1
tr. 1. Ref. 341.

Bassae in florib. Theolog. mor. ver. Religio 4. n. 7. Lessi lib. 1. cap. 41. num. 62 Suarez de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 2. num. 3. & seq. Layman, lib. 4. tract. 5. cap. 5. num. 5. & 7. Caramuel in Theol. Regulare, disp. 41. dub. 1. num. 509. & aliorum assertorum, quod si aliquis proficitur in aliqua Religione, si professionem annularet, non teneri posset voto simplici castitatis. Ego cum multis docui part. 3. tract. 14. refol. * 49. Professionem Monialis erumpentis in marem esse nullam, nec manere voto simplici castitatis obligatam, sed posse nubere cui voluerit. Sed scient aduersarii supradictum statutum contra Nos ab ipsis adducunt, suffic posse à Religione delatum, & annullatum, ante emissam professionem à Domino nostro. Vnde evanescunt omnia argumenta, quae ex auctoritate verborum dicti statuti desu-

mi possunt, & circa modum, & gradum professio-
nis.

17. Non obstar secundò assertere, quod forma est individua, & quicquid ad solemnitatem exigunt, id ab actu diuidi, & separari non potest; vt patet ex leg. cum antiquitus. Cod. de Teflam, & doce Timo-
thaeus de legibus connub. gloss. 6. num. 4. Bellum
tractat. de Matrim. cap. 2. num. 27. Decius consil.
12. num. 30. Macardus de Sen. statu. interpr. n.
53. Mathaeus Berlicius in conclusionibus praticabili-
bus part. 2. conclus. 18. num. 17. Daniel Mullenus
ad constitut. Saxonicas, part. 2. constit. 15. n. 16.
& alij; Sed Equites Hierosolymitani, ut patet ipso
statuto, possunt accipere Cingulum militare cum
actum professionis ab illo Princeps habente au-
toritatem concedendi gradum: vi ibi dicitur, di Cana-
leria: Ergo clarè pater, non esse de forma; quia, ut
dictum est supra, id quod spectat ad formam, non
potest separari ab ipso actu: Et de hoc argumento
magnum festum faciunt aduersarii.

18. Respondeo cum Alexandro Monea de
cum ultim. volunt. cap. 7. num. 333. & aliis ge-
nes ipsius: Quæ sunt de forma substantiali, non
posse quidem sequi, sed debere intervenire in ipso
actu, vel possit etiam præcedere. Vnde recte docet
Quintilius Mandofius in regul. 24. Cancellar. 94.
num. 9 quod constitutio inducit formam, si aliquis
requirrit, non solum in ipso actu, sed etiam ante
actum, quod etiam notavit Vantius de nullitat. Tu-
quot modis nullitas in iudicio propounderat, num. 12.
vbi assert: Quod quando lex disponit, quod certa
solemnitas, vel certus modus, ante, vel tempore ce-
lebrationis ipsius actus adhibeat, tunc hac formam
non servata actus ipse nullus reputatur, ergo argu-
mentum in contrarium addi etiam non valeat.

19. Dicendum est itaq; alij: à solenitate posse Primū requiri ante actum. Secundò in ipsam exercitum
actus. & Tertio post actum; solemnitas vero requiri-
ta post actum censenda est tanquam accidentia,
& ideo si omittitur, non officit; vt patet ex l. vni-
for. vbi Glossa, & Bartholus Cod. de presb. Imper.
offerent. Virgilii Boecius in Constit. Picea, gloss.
6. num. 158. Secus autem dicendum est de solemnita-
tibus requisitis ante actum, nam substantiales cen-
senda sunt, & ideo si omissantur, actus corrut, vt
docet in terminis Portel. ver. Conf. foris approbat
n. 3. Quod illustrat exemplis; & patet etiam in aliena-
tione rerum Ecclesiastici carum; nam antea praerequi-
ritur tractatus, & in electionibus præcurrit in-
quisitio, vel informatio.

20. Quod etiam probatur, nam confessus,
quando requiritur pro forma, si non occurrit ante,
vel in ipsa actu, actus erit nullus, quantum posse
confessus leuarunt, vt docet Antonius de Bero-
ni in cap. Cum consuetudinis, num. 200. Imola ih-
dem. num. 5. de confes. Iason in l. si quis mihi
bona. §. Insum, num. 44. & 45. ff. da-
cquir. heredit. Mohedanus decis. 12. num. 5. &
ref. nunciat. Petrus deir. 153. num. 1. lib. 2.
& alij. Sic etiam licentia, aut facultas testandi
de quibus alias testari non licet, debet præcedere
alias Testamentum factum non tener, etiam
postea dicta licentia sequatur, vt tener filium
in c. Dilect. de accus. num. 3. Azeuedus in l. 3.
tit. 6. lib. 5. recip. num. 7. Parisus de refug.
lib. 11. quest. 7. num. 90. & 91. Caputagendis
decis. 153. n. 1. part. 3. Sic & in nostro casu, si Cingu-
lum militare daretur post emissam professionem,
profession efficit nulla; nam ornatus Cinguli tanquam
de forma debet præcedere professionem, cum statu
affirat: [Prima che facci la professione, cum statu
efficit nulla; nam ornatus Cingulo militare:] Sed de hoc
infa

infra etiam redibit sermo in response ad authoritatem Pontificalis.

21. Non obstat tertio: Quod quando supponitur potestas, & additur noua solemnitas, tunc illa non habetur pro forma substantiali; & ideo quando à principio datur potestas sub tali forma, defectus formae irritat actuū, vt docet Felicianus à Vega, *in select. cap. 1. de iudicis num. 1. 1. Moneta de communat. vlt. volunt. cap. 7. num. 3. 3. Merolla tom. 3. disput. 4. c. 5. num. 270. Suarez de cas. ref. part. 1. disp. 1. 6. difficult. 2. num. 2. Emmanuel Sà ver. lex man. 1. 3. Portel ver. Confessoris approbatio num. 2. Castrus Palau tom. 1. tract. 3. disp. 2. p. 9. num. 2. Salas de legibus disp. 1. 6. sect. 9. n. 37. Sanchez in summa tom. 1. lib. 5. cap. 4. num. 26. Felicianus, & Panormitanus, *in cap. Ex parte de Constat.* cum aliis: Sed in cau nostro possunt afferre Adversarii, supposita potestate recipiendi professionem Novitiorum, fuit tantum à statuto praescripta illa solemnitas Cinguli militaris; ergo tali solemnitas non censetur praescripta tanquam forma; quia non in eodem actu data etiam fuit solemnitas recipienda Novitios, sed tantum nouus modus fuit inductus.*

22. Respondeo primò: Doctrinam adductam penes me non carere difficultate; quia omnes de iure naturae habent facultatem testandi, & tamen modus praescriptus postea à Iustiniano, testandi nempe coram tot Testibus, &c. *in cap. Cum effes de testam. & l. bac consultissima Cod. qui testam facere possunt,* habebur pro forma substantiali; & ideo Testamentum confectione fine Tabellione; & certo numero Testium, erit nullum. Idem dicendum est de alienationibus, & de electionibus, vt patet in Paulina: *Ambitiose, & in cap. Qua proper, de elect.* in quibus actus non institutor de novo, & forma substantialis ei de novo additur. Et per Concilium Tridentinum in contraū matrimonij id etiam factum fuit. Et similiter forma antiqua, quae ante substantialis non erat, potest per novam legem, substantialis fieri; annus enim Novitatus non ita erat de substantiali professione, ante Concilium Tridentinum, sicut modò est, erat tamen iam institutus: ergo Doctrina in contrarium adducta, non est generaliter vera, & fallit in multis casibus: Et ideo optime Arriaga in part. 2. D. Thome, 2. v. de legibus disp. 2. 3. sect. 6. n. 6. 8. dixit: Quod superdicta Doctrina si intelligenda, quando solemnitas praescripta, it parui momenti, non autem, si in se sit aliecius momenti, vt etiam rectè obliterat Granado in p. 2. D. Thome contr. 7. tract. 3. part. 1. disp. 1. o. sect. 6. n. 17. Sed in nostro cau, solemnitas ornatus Cinguli est magni momenti, vt infra probabatur: ergo talis solemnitas fuit tanquam à statuto praescripta.

23. Respondeo secundò: supradictam Doctrinam non procedere, vt obliterat Iohannes Praepositus in p. 2. D. Thome, q. 9. disp. 3. dub. 8. num. 50. in fine: Farinacius in fragm. crim. part. 2. num. 225. Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 5. dub. 19. n. 269, in fine; cum aliis ubi supra; Quando sufficienter confitit solemnitatem aliquam praescriptam, habenti aliquo potestatem actuū faciendi, fuisse praescriptam tanquam formā; tunc enim certum est corrue actuū aliter factum etiam à potestatē habente. Sed in nostro cau etiam ante aderat potestas recipiendi Novitios, tamen modus recipiendi cum ornato Cinguli militaris clare posita à statuto praescribitur pro forma, vt appareat in illis verbis: *E necessario, che sia ordinato, &c.* & potest additur Decretum irritans annullando professionem factam aliter: Ergo in cau nostro non militat Doctrina in contrarium adducta; quia modus ille recipiendi Novitios ad professionem cum Cinc-

Tom. VII.

gulo militari, clare à statuto appositus fuit pro forma.

24. Non obstat quartò (& hoc argumentum est Achilles aduersariorum (quod forma, alia est substantialis, alia accidentalis s ista tamen non seruata, actus non erit nullus; vt docet Escobar, *tract. de viro que foros art. 2. Salas disp. 16. sect. 9. num. 36. & seq.* Moronus *respon. 28. n. 16. Castros Palau tom. 1. tr. 3. ap. 2. p. 9. n. 1.* & alijs communiter: sed in nostro cau, videtur Cingulum militare non esse formā substantialis sed accidentalē; est enim omisso rei leuis; ynde nimis dum videtur, omissionem solius cinguli reddere professionem invalidam: sicut, si quis emitteret professionem in aliqua Religione sine vestibus consuetis, non proinde illa professio esset nulla, vt tradit Bordonus *tract. de professione Reg. c. 2. q. 37.* Vnde Arriaga in par. 2. D. Thome, 2. disp. 2. 3. sect. 5. num. 6. 7. & Granadus etiam in par. 2. Contr. 7. tract. 3. par. 1. disp. 19. n. 1. o. docent non omnes ceremonias praescriptas in acceptatione professionum Religiorum, esse de substantiali valoris. Ideo Oñate de contract. tom. 1. tract. 2. disp. 6. sect. 5. n. 1. 16. notavit, quod quando conditio apposita, non est magna importans, presumendum est, & indicandum non esse positam pro forma, nec omnissam vitare. Quod etiam tradit Parisius in *Addit. ad Barabolam in leg. hac consultissima Cod. de testam.* & patet in *legib. moribus &c. Prius autem. ff. de vulgar. & ibi Iason, n. 1. 1. ergo &c.*

25. Respondeo (attendas quædo) & supponos Cingulum olim constituisse Militem in genere & in esse Militis, vt Militia per Cingulum significaretur. Hugo Grotius *de Iure belli lib. 1. cap. 2. n. 9.* addi cit ad hoc propositum verba Concilij Nicami, *Can. 1. sic assertentis: Quicumque vocati per gratiam primum quidem ardorem, fidemque suam ostenderant, & Cingulum militare deposituerant, postea vero, vt canes ad suum vomitum reveri sunt, & militiam repetierunt, hi decem annis iaceant post triennij auditum tempus.* Ita ibi Concilium: cuius verbis etiam vobis est postea Syricus Papa, *epist. ad Tarracensem Episcopum;* vt notat Ludovicus la Cerdà, *in Aduersarii sacris, cap. 146. num. 16.* Et ideo Pater Heribertus Rolyedus in *Anticappello fol. 46. Praefationis ex actis Marcelli Centurionis martyrio coronati, die 30. Octobris,* obliterat, sic ipsum loquutum fuisse Tyranno: si talis est conditio militantium, vt Diis & Imperatoribus sacra facere compellantur, ecce propositio Cingulum, & militare recte. Vide quomodo Cingulum Milites constituebat, quasi (vt recte obliterat Pater Oñate de contract. tom. 2. tract. 1. 5. disp. 46. sect. 6. n. 124.) inuestitura officij. Hinc Horatius ad Pisones de *Arte pœnica,* milites ex hoc vocavit Cinctus; ita enim afferit.

Fingere Cinctus non exaudita Cithagis.
& ideo ibi insignis eius Scholastes Dionyssius Lambinus, sic ait, *Cinctus, id est cinctis militaribus, cingebant enim in militiam ituri, ex quo Cingulum militare, & cingi, pro eo quod est ad militiam & ad pugnam ornari.* Hæ Lambinus, mirificè pro cau nostro. Quod etiam nouissime notauit eruditus Io. Solorzanus, *in memoriali In iudicio, Hispolito Politico ad Regem, lingua Hispanica conscripto.* [*De los Derechos de Plazas Honorarias y Jubiladas*] n. 1. 5. 8. Vnde è contra Discincti, accipiuntur pro impunitis, & imbellibus ad pugnam. Hinc dixit Virgilius *Aeneid. lib. 8.*

— *Discinctos Multicibus Aphros:*
hoc est (vt explanat Seruius) Inhabiles ad militiam. Hinc Alexander ab Alexandro, *Genial. ater. lib. 1. cap. 20.* loquens de Romanis, dixit: Milites manipulares, qui sub disciplina militari, semper Cincti sint.

X 3 Discincti

246 Tract. II. De Cing. milit pro validit. Prof.

Discinctos enim, velut ignatos, & militie minimè aptos putarunt, præcinctos vero fortis, & strenuos. Quare Macedonum lex erat militaris, vt qui miles holtem non occidisset, non militari Cingulo, sed capistro cingeretur. Ita ille. Et tandem Conradus Ritterfusius in nouellas Iustiniari, part. 3, cap. 10. n. 2. & part. 14, cap. 6, num. 12. docet: Proenam propriam Militis, fuisse priuationem Cinguli, que vocabatur exautoratio, sive ademptio dignitatis militaris.

26. Sed confirmanda sunt supradicta ex nostris legibus, & ideo cunymilitare insigne potissimum Cingulum fuerit, vt dictum est de proximo cingendo, pro cincto habebatur, id est priuilegio militari gaudebat, leg. filius familiæ 44. de militari testam. in P. & dicebatur renuntiare Priuilegio Cinguli, cum miles eiurabat priuilegium militari, nempe quod Cingulo indicatur leg. finali de appar. magist. mil. lib. 12. Cod. tit. 55. ita etiam & deposito Cingulo, Priuilegium cessabat, leg. 2. vbi de ratiocin. agi oport. lib. 3. Cod. tit. 21. Hoc supposito.

27. Respondeo ad argumentum Religionem Hierosolymitanam, non solum esse Religionem simpliciter & abolutè, vt sunt omnes alii, sed etiam esse Religionem militarem; ergo Cingulum in eius professione non est res leuis, (vt supponunt Aduersarij) nec forma accidentalis, sed est res grauissima, magni momenti, & substantialis; cum Cingulum, vt apud veteres, ita & in hac Religione, constitutat militem in esse militis, & conferat dignitatem militarem; & ideo Equites in Religione Hierosolymitanam, si professionem emitterent sine ornato Cinguli, & Discincti, tanquam Ignatos, Ineptos, & Imbeciles ad militiam seipso demonstrarent; vt patet est superius dictis. Itaque, cum dicta Religionis Religio militaris, rectè in suis statutis apposuit, in emissione professionis, Cingulum pro forma, ut supra satis probatum est. Vnde non est mirum, si in aliis Religionibus emissio professionis sine habitu sit valida, & in Religione D. Ioan. sine Cingulo sit nulla; quia vt vulgo dicitur, habitus non facit Monachum, sed Cingulum in nostro casu facit Equitem; & ideo (quod est validè notandum) in Religione Hierosolymitana, ornatus Cinguli militaris, in emitenda professione, distingui Equites ab aliis, & est signum constitutum, quod in gradu Equitum professio emittatur; ac proinde, hac qualitate, Equites distinguuntur ab aliis duobus gradibus, Capellaniorum scilicet, & Servientium. Quare in statutis tit. 2. del. ricevimento de fratelli, Rubrica della divisione de gradi, fol. 12. sic habetur: Prima, che pigli l'habito, e facci la Professione (loquitur de Equite) è necessario, che sia ornato del Cingulo della militia: sed paulo post addit: Però, i Cappellani, i seruenti di Arme, ò di officio, non è necessario ornarsi di tali insegne militari. Agnosce quomodo Cingulum militare, vt dixi, contradistinguit Equites ab aliis & sit signum constitutum professionis Equitum, à professione aliorum, ac constitutus militem in esse militis, ac praebat dignitatem, & characterem militarem: vnde in Religione Hierosolymitana, ornatus Cinguli non deputat Equitem in gradu, & statu militum, sed verè crebat, & constituit militem, ac praebat dignitatem militæ. Videant modo Aduersarij, quo pacto possint assére omissionem Cinguli esse rem leuem, & formam accidentalem in professione Equitum, & quam meritè nos supra asservimus; ornatum Cinguli, esse præscriptum tanquam formam substantiali, atque eius omissionem, nullam reddere Equitum professionem; vt supra satis probatum est: Quod non procedere, in professionibus aliarum Religionum, fatemur libenter cum Granado, & Ar-

riaga superius citatis, cum ceremonia in eis prescriptæ non pertineant ad formam substantiam. Quod etiam docuit Sanchez in Summa, tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 4. cum aliis penes ipsum: at est differe ratio in casu nostro, ex rationibus supra adducitis ergo, &c. Et quidem ego fateor tarditatem ingenii mei; non enim possum percipere, quod aliquis in Religione Hierosolymitana possit (vt volum Aduersarij) emittere professionem in gradu militis, antequam prius miles efficiatur; nam si miles non est, quomodo profitebitur in gradu militum? Et itaque dixit itatutum: Prima, che pigli l'habito, è facci la professione, è necessario, che sia ornata del Cingulo della militia. Negandam est igitur virtus doctis, eorum pace, dicta verba non esse accipienda in sensu materiali, sed in sensu formalis, cum se expositio gratis dicta: & verba statuti, clam omnes, Doctores, in proprio sensu accipienda esse, ergo, &c.

28. Neque obstat quintus: Auctoritas Pontificis cali Romani reformati a Clemente, & Urbano VIII. in quo nulla efficiuntur mentio de ornato Cinguli militaris: Nam Respondeo, supradictum Pontificale nihil contra casum nostrum officere. Primo, quia Pius IV. in Bulla IX. cum Decreto irritante, & clausula sublata, firmat Constitutiones Pontificias, vt tollant, vel in aliquo præjudicent statuta Religionis Hierosolymitanae, opus esse de dicta statuta expiessam facere mentionem. Quod magis fit matur ex eo, quod post iam impressum, & reformatum dictum Pontificale, Paulus V. anno 1609. in forma specifica approbavit, & confirmavit omnia statuta dictæ Religionis: ergo, &c. Respondeo secundò, quod in fine Rubrica dicti Pontificis affiratur: Professione, esse emitendam secundum formam statutorum; sed secundum statuta Religionis Melitensis, professio est emitenda cum ornato Cinguli militari, tanquam forma, ut supra satis probatum est; ergo Pontificale nihil officit, quia le remittit ad statuta Religionis; quia quidem, licet concedamus possè aliquem emittere professionem sine ornato Cinguli, si fuerit antea Eques creatus ab alio Princeps; & hoc, quia hoc effet inconveniens bis ornari eadem dignitate. Hoc tamen non concedunt fieri posse in ipso actu professionis, si antefactum non fuerit: nam tunc Eques efficiendum est secundum formam præscriptam à Religione cum ornato Cinguli militari; vt ex verbis ipsius statutum appetat. Et ideo confit ex fide subscipta ab quibusdam Equitibus, fel mem. Urbani VIII. testipisci in suis manibus Professionem Eminentissimi Cardinalis Antonij Barberini; & quia antea dignitatem Equitis ab alio Princeps non accepterat, valuit illum Equitem creare, more Religionis; vt volunt statuta, ad quæ Pontificale se remittit: atque ideo ornauit illum cingulo militari: vnde ex facto ipsiusmet Pontificis, qui Pontificale reformatum patet intelligentiam illorum verborum afferendum; imponat ei habitum illum, quo milites illius ordinis, quem intendit profiteri, vti consueverunt. Intelligentia sunt, inquam, hæc verba, non de habitu ordinis, sed de habitu vti consueto in actu ipsius emissiois professionis, in quo, vt per se patet, etiam inclusum est ornatus Cinguli;

29. Quod confirmatur: nam non est verisimile Pontificem voluisse in creatione militis adhibere locum habitum Regulari, sed etiam habitum militarem, qui designaret gradum, in quo illū constitueret: nam habitus Regularis nullam habet relationem ad militiam, nec potest aliquid significare in actu creationis militis, ergo verba Pontificis non sunt interpretatione de habitu consueto Regulari, sed de habitu,

N. Equitis Ierosolymitani. Resol. Vnica. 247

habitu, quo uti consueuerat illa religio in creatione militis: nam Pontifex ibi agit de modo creandi milites Regulares. & ideo, vt dixi, dictus Pontifex Vrbanus VIII. admisit ad professionem Eminentissimum Dominum Cardinalem Antonium cum omni tu Cinguli militaris.

30. Sed his omnibus addendum est vnum, quod cum viris doctis communicatum, annoverunt: nam dato, & non concessio, quod Pontificale in creando milite statueret non esse adhibendum Cingulum militare, adhuc existimo professionem Domini nostri esse inualidam, quia, vt patet ex instrumento professionis, die 12. Februario 1640. & fatentur ipsius aduersarij, prius fuit emissa a Domino nostro professio, & postea ipse fuit armatus Eques: ergo dicta professio fuit nulla; quia ex statuto Religionis, & ipsorum Pontificis, quod non tollit, nec derogat dictum statutum, qui emitit professionem, debet tanquam ex forma prius creari Eques, vel secundum morem alterius Principis, & postea dignitate militari obtenta, emittere vota.

31. Nec valet dicere, quod aliqui afflent, ordinem Pontificis, in casu nostro, fuisse diversum materialiter, non autem formaliter; vt probatur in administratione Sacramentorum, nam licet baptizans prius debet ablucere, & ordinans tradere instrumenta, quam verba proferre, tamen si baptizans, vel ordinans, prius verba proferat, & immediate ablucet, & instrumenta tradat, non ideo dicatur mutatus ordo formaliter, sed tantum materialiter.

32. Respondeo, non esse verum, quod baptizans prius debet ablucere, & ordinans tradere instrumenta, re, & proferre verba. Itaque debet simul ablucere, & proferre verba; & proferre verba ablucendo. Vnde iuxta doctrinam aduersariorum est vera in his, quae debent concurrere simul, vt materia & forma Sacramentorum; focus autem dicendum est, quod interuenire debent per prius, & posterius; nam tunc praescribitur forma, vt firmauimus supra *in probat. 2. & in respons. ad 2. Argumentum.*

33. Confirmatio, & dabo exempla ex iisdem Sacramentis. Si quis post obtentam absolutionem à peccatis, illico elicet actum contritionis, absolutione illa est inutilis; quia dolor de peccatis debet praecedere absolutionem; prius enim penitentis debet elicere actum contritionis, & postea confessarius illum abluere: sic & in nostro casu, ex vi statuti impontis formam, dicendum est aliquem esse incapem emittendi vota in Religione Hierosolymitana, nisi prius creetur Eques, & dignitas militaris debet praecedere professionem, ergo, qui emitit professionem ante receptam dignitatem militarem, etiam illico creetur miles, professio erit nulla; quia creationem militis non debet simul occurre cum professione, aqua cum verbis formae Baptismi; vel traditio instrumentorum in ordinando; sed debet utique ipsam professionem praecedere tanquam forma, cum ita dispositum sit à statuto, afferente: *Prima che facci la professione è necessario, che sia ornato del Cingolo militare*; ergo dicta forma, vt dispositum est, observari debet, & est induvidua, nec potest variari, vt communiter Doctores assertunt.

34. Dices autem, Pontificale, ordinem praedictum non praescribere formalem, non enim virtutum decreto irritante, nec etiam præcipit, quia non assedit, imponat, sed imponi debet, designando tanquam modum creandi militem.

35. Respondeo, Nobis sufficere hunc ordinem tanquam de forma praescribi a statutis Religionis, quae pontificale, nec tollere, nec minuere potuit, nisi de illis faciendo mentionem expressam, vt ex

Bulla Pij cum decreto irritante, & clausula sublata patet: ergo, &c.

36. Confirmantur supradicta, & supponendum est, quod modus creandi Equites apud diuersos Principes, potest esse diuersus; & sic Pontificale, (vt legentibus patet) aliud non fecit, nisi statuere modum creandi Equites quo uti debeat Pontifices, & eorum Delegati relinquentur tamen in suo robore statuta Religionum si forsitan requirent ante emissam professionem, pro forma, sumptionem dignitatis militaris, obtentam vel ab ipsa Religione, vel ab alio Principe, vt dilponit statutum Religionis Melitenis: ergo auerteris pontificis in catu nostro nihil obstat? quia Dominus noster emittens professionem non sicut ante creatus miles, nec vt Religio solet creare, nec vt statut Pontificale: ergo eius professio fuit nulla; quia, vt dictum est, Pontificale non derogat statutis, si quæ extant in militibus Religionibus disponit, etiam tanquam de forma aliqua, qui emittere vult Professionem, debet prius dignitate militari ornatum esse; vt patet in verbis nostri statuti, afferentis: *Prima che facci professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo Militare.* Vnde si quis inuerteret talen ordinem, vt fuit inversus in professione Domini nostri (de qualquimur) & lacerder mentem statuti, & formam ab eo praescriptam non emitteret professionem in gradu militis antequam esset miles. Quod agnoscens summus Pontifex, etiam ipse in Pontificali voluit dignitatem militarem esse dandam, antequam emittatur professio, quem quidem ordinem, vt fatis supra probatum est, tanquam de forma praescribit statutum Religionis Melitenis, quod statutum Pontificis verba vt patet non tollunt, nec illi derogant, nec poterant tollere, aut derogare, nisi de illo specialis efficeretur mentio, stantibus Bullis Pontificis supra relat: ergo, &c.

37. Demique non obstat sexto, adducere professionem tacitam Domini nostri praetensam ex aduersariis per *Actus professorum*; à N. gestos: Nam respondeo cum Sanchez, Soto, Azorio, Rodriguez, & aliis, quos citat, & sequitur Salgadus, *rat. de Retent. Bullar. part. 1. cap. 3. §. Vnico num. 28.* Quod professionem nullam, non iustificat exercens actus professorum, dum est ignarus causæ nullitatis suæ professionis. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Zambellus in *Repet. Casuum conscientia*, ver. *Nouitius*, num. 34. Gratianus in *discept. forens.* cap. 440. num. 3. Caetanus in 2. 2. quest. 189. art. 5. *Naufractus conf.* 28. num. 7. *C. conf.* 89. num. 3. *de Regular.* *& in manuali*, cap. 12. num. 71. & sic determinauit Sacra Rota, decisi. 179. num. 7. & decisi. 397. num. 5. part. 4. recentior & nouissime in *Vlrixipon. nullitatis professoris*, di 10. Decembri 1646. coram Domino Arguellos, Sed N. dum exercebat illos actus professorum, erat ignarus nullitatis professionis: ergo, &c. Vnde sacra Rota, *vbi supra*, dixi; Quod in milite, ac in milite præsumitur ignorantia. Et quod in nostro casu non sit locus tacita professionis. Vide dictam magistralem decisionem. Adde, quod mihi supponitur, dictum N. nunquam exercuisse actus professorum. Deinde dicendum est, quod tunc valet professio tacita, quando à principio, & ex parte Religionis, professio fuit valida: vt si Res not. prædicta, & in codem loco

248 Tract. II. De Cing. milit. pro validit. Profes.

Bartholomeus à Vecchis in praxi Novis, disp. 14. dub. 4. num. 3. & 5. Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 37. num. 60. & 61. sed in calo nostro professio N. fuit inualida, non solum ex parte ipsius, sed etiam ex parte Religionis nam fuit inualida, ratione omissionis formae praescriptae à statuto, & ita talis professio fuit nulla eblolute, & quoad profidentem, & quoad Religionem, quae non praestit contentum: ergo in nostro calo nihil potest operari, nec dicta tacita professio, cum fuerit inualida ex defectu formae. Vnde ipsa Religio in statuto citato, ubi supra post appositionem Decreti irritans, præbет facultatem Equiti, qui contra dictam formam emitit professionem, reclamandi de eius nullitate: ergo est impertinens in calo nostro adducere argumentum defumptum ex professione tacita, cum Religio talem professionem nunquam accepit, & à principio ex parte virtuulque contrahentium, fuit inualida, tanquam emissâ contra formam substantialem à statuto Religionis praescriptam. Vide Sanchez in Summ. tom. 2. lib. 5. cap. 3. numero 14. & cap. 4. num 8. 1.

38. Et tandem non desinam hic adnotare contra Merollam in Theol. mor. tom. 2. disput. 4. cap. 5. num. 282. Quod quando dubium est, an forma inducatur substantialis, vel accidentalis, præsumit debet substantialis. Ita docet Vantius in tract. de nullitate Rubr. quot, & quibus nullitis in iudicio proponatur, num. 52. Rolandus à Valle consil. 43. num. 13. lib. 2. & consil. 55. num. 26. lib. 3. & Farinacius in Fragm. Crim. part. 2. num. 221. Quibus ego addo Velam in in Differ. Senatus Hispanie, dissert. 7. numer. 9. Castillo de tertius Regum Hispanie, cap. 27. num. ultim. Azequendum consil. 9. num. 28. Surdus decis. 122. num. 2. Milarensem decis. 3. num. 8. Decium consil. 12. num. 24. Gratulib. 1. resp. 122. num. 16. Ioannem de Elcober. tract. de vitrore foro, art. 2. numer. 9. Gutierrez in tract. Q. Q. lib. 3. quæst. 30. numer. 18. Palacz in 4. de maiorat. quæst. 20. num. 179. Ferdinandum Menchacham de success. creat. §. 4. num. 12. iuncto num. 16. Martham de iuris d. part. 4. cent. 1. cas. 94. num. 18. Cacheranum decis. 165. numer. 9. Castrum Palatum tom. 1. tract. 3. disput. 2. punct. 9. num. 9. Oratio de contract. tom. 1. tract. 2. disput. 6. secl. 6. num. 120. Baldum in leit. Comparatione, num. 8. Cod. de fide Instrument. Decium consil. 10. num. 2. consil. 11. num. 9. Ancharam consil. 241. num. ult. Alexandrum consil. 42. num. 16. lib. 1. consil. 137. num. 15. lib. 2. consil. 101. num. 7. lib. 5. consil. 212. numer. 3. lib. 6. Ferdinandum Vasquium de success. creat. 1. b. 1. §. 4. num. 27. Petrum de Vries in Ot. o. affiso, pars. 2. num. 357. & Tiraquellum de retract. ligna. gloss. 2. §. 36. num. 29. Sed in nostro calo saltem adegit dubium, an forma si substantialis vel accidentalis, ergo substantialis erit iudicanda: ergo eius omisio, actum professionis annulabit. Vnde ex his patet responsio ad argumentum defumptum ex illis axiomatis iuris, in dubio iudicandum est pro validitate actus, & pro validate professionis. Nam respondeo, hanc doctrinam non procedere in calo nostro, in quo, vt diximus, etiam stante dubio, forma censenda est substantialis, & non accidentalis: ergo non sumis in dubio, vt volunt aduersarij; sed professionem inualidam fuisse dicendum est, vt pote emisam contra formam substantialem à statuto praescriptam. Verum aduersarij hoc argumento pressi, asserunt; tunc formam in dubio censendam esse substantialem, & non accidentalem, quando tradita est à lege communis, secus autem quando est tradita à lege speciali. Sed primò respondeo, ferè omnes Doctores citatos loqui non solum in terminis iuris communis, sed etiam in terminis statuto-

rum municipalium. Et nota statuta Religionis Higroloymitanae fuisse confirmata à Papa, & iteo dicuntur statuta Papalia propter illam. Papa confirmationem propter ex pluribus Rota Romana decoloribus confirmat Oliuerius Beltraminus in addit. ad Gregor. XV. decis. 267. num. 1. Parisiis conf. 3. num. 49. lib. 3. Gabriel conf. 127. num. 24. lib. 2. Turret. consil. 35. num. 10. lib. 1. Marius Antoniusr. resol. lib. 1. resol. 1. num. 4. Gratianus discept. forensis. tom. 5. cap. 992. num. 10. & Fontanella in Decisionib. Catholica, tom. 1. accl. 172. num. 4. Vide dixit Hunnius in Encyclopediâ iuris, part. 1. lib. 3. cap. 8. num. 9. quod statutum à Principe confirmatum, dicitur lex ipsius Principis, & lex scripta, ergo, &c. Secundo respondeo, quod statutum municipale, vel aliquid statutum contra Ius commune, & tunc secundum Ius commune est interpretandum, declarandum, vel ampliandum, vel limitandum; & ita docet Gaiilius lib. 2. obser. 50. num. 1. Anchanus lib. 3. quæst. 6. 1. num. 30. Cauclanus decis. 1. num. 9. part. 2. Surdus decis. 36. num. 19. & Cacheranus decis. 59. num. 8. Vel statutum non est Ius communis cœtcitorum, sed tantum disponit pater ipsum Ius, in quo calo, omnes Iuris interpretationes, etiam extenuas recipit; Ut firmit. Joseph Vela in Praelectione ad cap. . de officio ordin. minor. 129. cui addit. alios, quos refert & sequitur Maledus de Statut. Interpret. concil. 2. num. 218. & 219. Ergo ex his sequitur statutum nostrum, vel statua contra Ius commune, vel pater, in quoque calo admittere interpretationem, quod in diebio forma, non accidentalis sed substantialis cœfenda est.

39. Quod etiam confirmo ex celebri doctrina Ioannis Pœpositi illustrissime Societatis Iesu miliegnis Theologi in p. 2. Dius Thoma, quæst. 91. decis. 3. dub. 8. num. 50. vbi sic ait: Quamvis via Regula assignetur ad dignificationem, quandovera sit substantialis, & irritetur alicuius alter ex causa, agere potest assignari regulam in iure falso in fallibili sed videtur confundenda conservando, & commento acceptatio legis, in hoc, vel in illo sensu. Hac Propositus: Quæ quidem misericordie faciunt pro calo nomine licet ex verbis statuti aperte non apparent, ornatum Cinguli militaris constitutum sive tanquam formam substantialem, ita ut professio, sine taliorum emissa, efficit inualidam. Si hoc inquam, ex statuto clarer non appararet, quod ego constanter nego, nam conuenctu & acceptatio supradicti statuti Religionis facta, manifestè declaratur, taliter enim ornatum Cinguli in emissione professionis, tanquam formam substantialem constitutam fuisse. Qod patet ex fide authenticæ transmissa à Vicecancellario Religionis, in qua testatur, professionem N. (de qua loquimur) non fuisse inter alias professiones Equitum descripsit, & apposuit; quia in ipsa non apparebat dictum N. emissis professionem emoratum Cinguli militaris, secundum statutum Religionis: Et dicta fides Vicecancellarij facta fuit ex ordine Magni Magistri, ei exhibito, sub die 7. Septembris 1645. Ergo conuenctudo Religionis, & acceptatio dicti statuti declarat, ornatum Cinguli militaris in emissione professionis Equitum esse necessarium tanquam formam. Ceterum etenim apud Doctores statuta recipere declarationem ab obseruantia subsequuta, ut tradit. Surdus decis. 1. 129. n. 20. & Decius consil. 8. numer. 19. Turret. consil. 99. n. 1. numer. 2. & 26. lib. 1. Marius Antoniusr. lib. 1. resol. 51. numer. 6. & alijs. Dicere autem hoc processisse ex errore Vicecancellarij, & Magni Magistri non videtur admittendum: nam, quis non certe us ignorare factum proprium; ut ex cap. Exem. n. 1. 1645.

*citato de rescript. probat Euerardus conf. 107. num. 8.
et patet ex euentu, & ab eff. clu; nam Religio ad
iudicium citata à Domino N. pro declaratione inua-
lidianum, luditacis suis professionis, nec comparuit vñquam,
ne restituit, aut instat pro inualiditate. Ergo, &c.*

*40. Notandum est hic obiter, quod hæc scripta,
perueniunt ad manus doctissimi & eruditissimi vi-
ri D.Nicolai Fernandez de Castro, qui postea in suo
Monacho milite, tract. 4. cap. 10. num. 58. nega-
vit.*

*tiam sententiam docuit, probans Cingulum militare non esse de substantia professionis Equitum Hierosolymitanorum. Sed ad eius rationes, & ad alias quas adducit nouissime Pater Lezana Conf. 5. per et & ibi in totum: facile patet ielponio ex dictis, & ex his etiam, tr. 7. Ref. 96.
quæ adducit Pater Bordonis in suis Consilia Regul. S. His ante
tom. 2. refut. 100. queft. 21. num. 38. & seq. & me
citato Pater Pelizarius in manual. Regul. tom. 2. in Ref. 108.
tract. 9. cap. 9. sect. 4. n. 127.*

*11. Ref. 159.
§. 2. inter me-
dium & finē,
verf. sed vñs
totum: facile patet ielponio ex dictis, & ex his etiam, tr. 7. Ref. 96.
S. His ante
medium, à
verf. Erita &
citato Pater Pelizarius in manual. Regul. tom. 2. in Ref. 108.
à lin. 12. à
verf. Verum,
qui, & in
Ref. 10. §. 2.
paulo post
initiū, à verf.
Vnde.*

TRACTATVS TERTIVS.

DE

PAUPERTATE RELIGIOSA

super Bullam Clement. VIII. de Largitione Munerum.

RESOLVTIO PRIMA.

*An ista Bulla sit vñsu recepta, & adhuc obliget ad
sui obseruationem? Ex part. 1. tractat. 6. Ref.
sol. 1.*

VISUS, & anceps circa propositam
questionem, videtur remanere Vincen-
tius Filiius in q. mor. tom. 1.
tract. 34. cap. 3. q. 12. n. 81. sed ab-
solute docuit Stephanus Gratianus in suis discept.
forens. tom. 2. cap. 202. numer. 17. dictam Con-
stitutionem non fuisse vñsu receptam à Superio-
ribus Regularibus. Et hanc sententiam nouissimè
etiam docuit noster P. Megala in part. 2. lib. 2. cap.
27. queft. 3. num. 65. sed ex communī doctrīna, ut
notat Becanus in summa Theol. part. 2. tom. 1. tract.
3.c. 6. q. 8. n. 3. Azorius p. 1. lib. 5. c. 4. q. 1. Lessius
lib. 2. c. 22. dab. 13. num. 98. & alij, leges Pon-
tificie non obligant, nisi acceptantur à subditis. Ergo
dicta Bulla Clement. VIII. non obligabit: quia non
fuit à subditis recepta. Et hoc ait Megala, non fol-
lum per decennium, sed spatio ferè viginti annorum,
vt omnes sciant.

2. Idem videtur docere Ioan. Valerus verb. mu-
nera, num. 106. vbi sic alterit: [Nota hanc Con-
stitutionem non solum dñe legi quotannis, in
Capitulo Monasteriorum; sed etiam esse exaran-
dam, atque scribendam in libris quoruncumque
statutorum ipsarum Religionum: quod non video
obliterari, sicut nec omnes formas praescriptas, nec
penarum inflictiones.] Sic ille. Hoc docet etiam
Homobonus de cas. refut. part. 3. cap. 3. & Victo-
relli notis ad Mar. Navarr. cap. 18. num. 105. &
post hanc scripta imueni, eundem Homobonus de
Bonis in suo examine Eccl. part. 1. tract. 7. cap. 30.
queft. 1. 3. iterum admotare, multos viros doctos in
illa sententia esse, quod supradicta Bulla non fuerit
vñsu recepta quoad penas, que in illa continentur:
& ego hanc sententiam probabiliorem esse existi-
mo; quod nouissimè iterum docuit Megala con. 3. 3.
num. 17. Vide etiam Tannerum in 2.2. dispt. 6. q. 3.

*dub. 4. n. 107. & Scottiam in Conf. Pontific. epit.
159. theor. 399. in fin. & Peirin. de Relig. tom. 1.
cap. 2. q. 2. §. 6.*

3. Vnde ex his ego non condemnarem illum
Religiosum, qui legitimè præscriptum lequeretur
vñsu luæ Prouincie, & Religionis, circa munera
largienda, non oblitante dicta Bulla, salvo semper
&c. Verum hic Panormi quoad Moniales esse di-
ctam Bullam vñsu receptam, testitus est mihi Reue-
rendiss. Vicarius de la Riba, Vir omnis literaturæ
consultissimus.

4. Sed quidquid sit de vñsu, & obseruantia eius,
multæ difficultates circa intelligentiam supradictæ
Bullæ elucidandæ sunt, ad pacandas conscientias, &
scrupulosos à Confessoriis abigendos. Quæc igitur
secundum.

RESOL. II.

*Quotnam sint fines, seu cause finales huins con-
stitutionis Clement. VIII? Ex part. 1. tract. 6.
Ref. 12.*

§. 1. **Q**uatror esse respondet Bartholomæus à
Fausto in thesano Relig. lib. 8. que-
stion. 208. Homob. de examin. Eccl. part. 1.
tractat. 9. capit. 5. question. 10. Filliue, tom. 2. tra-
ctat. 34. capit. 3. question. 6. Paulinus Berti in ex-
pli. huins Bullæ. part. 1. principali, fol. mihi
414. col. 1. & ante illos Hieronym. à Sorbo in
Compen. præv. Prima, vt religio disciplina labefac-
ta in pristinum statum restituatur & quæ in-
columis permanet, conservetur. Secunda, vt vo-
rum paupertatis integrum seruetur. Tertia, ne bo-
na Monasteriorum vel quoruncumque Regularium
dilapidentur. Quarta, ne prava ambitione compulsi
Religiosi pro consequendis Officiis alter alterius gra-
tiam, vel protectoris, seu aliorum benevolentiam
aucupentur.

2. Sed hanc sententiam, quod partem, meritum,
impugnat Ioan. Valerus in diff. variisque fori verb.
munera, n. 20. 23. & 81. Granado in part. 2. dispt. 15.
sect. 3. n. 18. cum Patre Soufa in expos. huins Bullæ
fundam